

cior dominus quam iustior michi civis querebatur. quando vero^(a) etatis errores improborumque consilia secutus maluit, eversa libertate, ut esset tyrannus, qui princeps civis esse, florente urbe, poterat, eidem ipsi^(b) tam michi laudato, tam a me ornato^(c) male-
5 dixi, qui quidem nichil michi boni facere poterat, cum reipublice malefaceret^(d), nec quicquam a me prohibuisset mali^(e), qui libertatem, que bonum omnibus commune est, sustulisset. non enim vita magis cara^(f) erat sine libertate quam sine vita libertas, nec unquam post extinctam rempublicam ut essem in calamitate super-
10 stes optavi, qui, vigente illa, felix vixeram, copiis, gloria et hono-
ribus abundans. pro qua non invite^(g) quidem, crudelissimo hominum mandante, ingratissimo exequente, mortem ut subirem visus sum, non quidem, ut tibi videtur, philosopho^(h) indignam,
cum omne genus mortis iuxta est⁽ⁱ⁾, sed quam vellem^(j) vel feli-
15 cioribus annis pro^(k) salute reipublice suscepisse. alias enim utile fortasse^(l) magis reipublice; tum vero, oppressa^(m) ea, etiam volenti⁽ⁿ⁾
michi necessarium; sed antea maxime quidem gloriosum mori
michi fuisset, cum consul agens Catilinam patrie pestem vici atque
eieci, et pestiferam illam coniurationem extinxi. quod facinus pre-
20 clarum non tam prudentie mee, quanquam nichil est a me pre-
termissum, quam fortune populi Romani et consensui bonorum^(o)
semper ascripsi^(p). nam et consulatum et fasces ita gessi, ut non
honorem ambitiose quesisse, sed onus et officium impositum mi-
chi^(q) suscepisse moleste videri possem. in quo munere nichil exi-

(a) *R G* quando non (b) *Dopo consilia L reca* sequutus est: malui eversa libertate ut esset tyrannus: qui princeps civis esse florere poterat. Eidem ipsi *G* civis etiam urbe
(c) *G* mala faceret (d) *L om. mali* (e) *L C* enim magis vita cara (f) *G* invite
(g) *CRG om. philosopho* (h) *L omne mortis genus iustum est* *G* genus mortis verum
est (i) *R G* nolle (k) *L* vellem foelicioribus annis eam pro (l) *G* enim vide for-
tasse (m) *G* tum non opp. (n) *L* nollenti (o) *CG* consensu honorum (p) *L* otium
et off. imp. mihi

(r) Cf. *Epist. ad fam.* XI, xv, 1: «measque sententias de adornando adu-
lescente»; XI, xx, 1 (da Bruto a Cicerone): «quod diceret te dixisse
«laudandum adulescentem, ornandum,
«tollendum»; *Phil.* V, xvii, 45: «sed
«saepe spero fore huius adulescentis

«ornandi honorandique et nobis et po-
«pulo Romano potestatem».

(s) Cf. *Phil.* IV, vi, 15: «[Quirites,]
«ut igitur Catilinam diligentia mea,
«senatus auctoritate, vestro studio et
«virtute fregistis». E cf. pure *Catil.*
II, 1, 1.